Las cuentas de Roger de Lauria

(CONTINUACIÓN).

civitate ipsa, de pecunia dicte promissionis, eodem anno universitati eiusdem civitatis Panormi, imposita et taxata, assignata sibi per Maritum de Obbertis, tunc civitatis eiusdem; uncias centum.

Ponit idem Ammiratus per predictum quaternum sui introytus, requisivisse per suas litteras, eumdem iustitiarium Panormi, ut uncias auri mille, eidem universitati, pro predicta promissione impositas et taxatas et ei per curiam ad recolligendum commissas, eidem prothentino, pro armatione predictorum vassellorum tunc armandorum in civitate ipsa exhibere deberet, et sic de ipsis unciis auri mille, per eumdem Ammiratum, nullus fit introytus et exitus, eo quod predictus Petrus, tam de ipsa pecunia, quam de alia pecunia curie sibi propterea assignata, tenetur et debet nostre curie ponere rationem. Summa predicte pecunie recepte per manus predictorum Ammirati et nuntiorum suorum, a predictis iustitiariis et personis de predicta pecunia promissionis, ad idem pondus; uncie undecim milia quingente sex, tari duodecim

Ostendit idem Ammiratus per eumdem quaternum, olim subscriptis diebus et locis recepisse a subscriptis officialibus curie, de pecunia curie existente per manus eorum, ratione officiorum suorum, sicut infra distinguitur, pro reparatione, munitione et armatione predicti extolii et solidis predictorum stipendiariorum nostrorum, prout idem quaternus particulariter et plene distinguit, ad idem pondus, quantitatem pecunie subdistinctam, videlicet: Quinto mensis decembris, dicte quintedecime indictionis, apud Panormum, a Lapo Guindono, tunc una cum Berlingerio de Villaraguto camere nostre thesaurario; uncias octuaginta. Eodem, ibidem, a Guillelmo Solanis, de pecunia curie tunc existente per manus suas; uncias centum viginti sex. A vicesimo, usque per totum vicesimum secundum martii, indictionis eiusdem, apud Messanam, ab eodem Berlingerio, de unciis octingentis, assignatis sibi in dicta nostra camera, per predictum Lapum, olim magistrum portulanum Sicilie, in quibus pro officio magistri portulanatus eiusdem, dudum gesto per eum, cum curia nostra composuit; uncias ducentas quinquaginta. A septimo, usque per totum octavum mensis iulii, dicte quintedecime indictionis, apud Messanam, per predictum notarium Guillelmum nuntium predicti Ammirati, a notario Roberto de Ficu, notario et commissario eiusdem Berlingerii, pro armatione trium teridarum curie mittendarum apud Scaleam cum stipendiariis curie et equis eorum pro nostris servitiis, ad idem pondus; uncias quinquaginta novem, taros viginti sex et grana decem et septem et medium. Quintodecimo dicti mensis aprilis, ibidem, a Iaconia de Milite, olim infra annum tertiedecime indictionis, nuper preterite, secreto et magistro procuratore Sicilie ultra fluvium Salsum, de summa pecunie in qua per rationem suam per eum de officio ipso positam, coram magne curie nostre magistro rationali, inventus est curie nostre teneri, ratione dicti officii; uncias centum. Infra predictum mensem aprilis, a predicto Guillelmo Solanis, de pecunia per eum recepta, pro iure sigilli nostri; uncias viginti quinque. Et infra eumdem mensem,

a predicto prothentino Panormi, exhibendas Guillelmo Carbono, pro solidandis quibusdam marinariis deficientibus ab supplementum duarum galearum curie, quarum erat prepositus Ventura Merende; uncias tres. Summa predicte pecunie recepte propterea ab eisdem officialibus, ab idem pondus; uncie sexcente quinquaginta tres' tari viginti sex, grana decem et septem et medium.

Ostendit per eumdem quaternum, se recepisse per diversas vices, apud Messanam, a diversis comitis pheudatariis civitatis eiusdem, pro servitio quod pro pheudis comitarie eorum, pro eodem anno dare curie nostre curie tenebantur. eo quod in anno ipso in armata dicti extolii personaliter non fuerunt, et a Guillelmo de Henrico de Messana, in quibus per nostram curiam condempnatus extitit pro furtiva extractione frumenti extracti per eum de portu Thermarum extra regnum ferendi, sine mandato nostre curie, aliquo iure exiture propterea curie non soluto, prout predictus quaternus plene distinguit; uncias quatraginta novem, taros sedecim. Ostendit per eumdem quaternum, olim subscriptis temporibus, apud Messanam recepisse per manus suas et dicti Guillelmi, nuntii sui, a subscriptis personis, quam de eorum pecunia propria nostre curie mutuaverunt, pro supplemento armationis predicti nostri extolii in eodem anno, quintedecime indictionis armati, sicut infra distinguitur, ad idem pondus, pecunie quantitatem subscriptam, videlicet: Tertio dicti mensis aprilis, ab Ottolino Russo; uncias quinquaginta. Tertiodecimo eiusdem, a predicto Matheo de Thermis; uncias quatraginta novem, taros tres et grana decem et septem. Infra eumdem mensem aprilis a nobili Iohanne de Procida regni Sicilie cancellario, per manus, videlicet, Petri Pinti, assignatis notario Bartholomeo de Bella nuntio predicti Ammirati; uncias centum triginta novem, taros decem et novem, grana duodecim. Infra predictum mensem madii a Manfrido Cacholo assignante, nomine et pro parte certorum hominum civitatis Messane, de summa unciarum auri nongentarum nonaginta, quas pro complenda predicta armata de eorum pecunia propia curie mutuarunt, computatis unciis quatuor, taris quinque, mutuatis per Andream de Iudice, in pretio certe quantitatis vini assignati per eum eidem Ammirato: uncias nongentas quatraginta quatuor, taros viginti tres, grana quindecim. Summa predicte pecunie propterea recepte a personis eisdem; uncie mille centum octuaginta tres, tari decem et septem et grana quatuor.

Ostendit et ponit idem Ammiratus per eumdem quaternum, infra mensem iulii, dicte quintedecime indictionis, ante Neapolim, et infra mensem augusti, eiusdem indictionis, apud Messanam, per manus suas recepisse, pro liberatione et redemptione quorumdan gallicorum provintialium et latinorum, de numero personarum olim infra mensem iunii, eiusdem indictionis, infra Neapolim et Surrentum, captarum per eum, cum nostro felici extolio, in conflictu galearum nostrorum hostium, quas propterea promisserunt ei, pro parte nostre curie exhibere, quorum captorum nomina et cognomina et quantitas pecunie a quolibet eorum inde recepta, in eodem quaterno distincte notantur, computatis unciis quatraginta septem, taris decem, receptis pro liberatione hominum septuaginta unius de Neapoli, unciis duabus rece; tis pro liberatione Andree Cuculini de Barulo; in summa unciarum triamilia quatringenta triginta quatuor, taros decem. Infra eumdem mensem iulii, a subscriptis nostris fidelibus, quas pro parte nostre curie receperunt, pro liberatione et redemptione subscripti numeri captivorum, de numero predictorum captorum per predictum nostrum extolium in conflictu galearum nostrorum hostium, videlicet: A predicto Berlingerio Villaraguto, quas recepit pro liberatione hominum quatraginta septem de Gageta et hominum septuaginta sex de Surrento; uncias octuaginta quinque. A Guillelmo Chinolo prothentino Messane, pro liberatione personarum quinquaginta de Cava; uncias quinquaginta. Summa predicte pecunie recepte, tam per manus suas, quam a predictis fidelibus, pro liberatione predictorum

captivorum ad idem pondus; unciarum triamilia quingenta sexaginta novem et taros decem.

Ostendit per eumdem quaternum se recepisse a diversis personis, in quaterno ipso distinctis, de venditione cuiusdam navis et aliarum diversarum rerum acquisitarum et captarum de spoliis predictorum hostium, tam per Nicolaum Gaveram et Bartholomeum de Gotto de Messana, cum vassellis nostre curie armatis, quam per predictum Ammiratum, cum predicto nostro extolio, computatis unciis quatraginta una, assignatis sibi per homines Procide, in quibus composuerunt cum eo, ne dampnificaret eosdem, sicut idem quaternus plene distinguit; in summa, uncias trecentas quinque, tarum unum. Ostenditper eumdem quaternum, ultimo predicti mensis augusti, apud Messanam rehabuisse ab Angelo de Santa Cruce prothentino Baruli et Iohanne de Santa Cruce prothentino Munopolis, de numero predictorum captivorum liberatorum pro certa quantitate pecunie, sicut in eodem quaterno notatur, que expense et solute fuerunt, pro armatione et aliis necessariis unius panfuli curie nostre vocati Pavo, tunc armati in Messana, pro ductu et transfretatione dictorum prothentinorum ab eadem civitate Messane, usque Neapolim; uncias septuaginta. Ostendit per eumdem quaternum se recepisse olim, infra predictum annum quintedecime indictionis, a diversis piratis, pro iure quinte spoliorum et aliarum rerum acquisitarum per eos in ipsa piratica exercenda: uncias triginta novem, tarum unum et grana tria. Computantur et ponitur in eodem introytu, iuxta ipsius quaterni tenorem, pro subscriptis causis, ad idem pondus pecunie quantitas subdistincta, videlicet; que debebantur curie per Hemericum de Usay de Barcellonia mercatore, pro iure exiture et dohane salmarum frumenti mille quatringentarum sex et medie olim infra mensem septembris, huius prime indictionis ad supplicationem predicti Ammirati, concessarum per nostram curiam eidem Hemerico, ad extrahendum de Sicilie portubus et ferendarum extra regnum, in quibus dictus Ammiratus, pro certa quantitate perlarum per eum sibi vendita et assignata, tenebatur eidem, ad rationem de taris tribus, pro iure exiture et de taro uno, pro iure dohane cuiuslibet salme ipsius frumenti; uncias centum octuaginta septem, taros sedecim. Quas idem Ammiratus per manus dicti Chapi nuntii sui, nostre curie acquisivit in oneratione navis Biscontini Bisconti, vocata Biscontina, dudum onerate in portu Agrigenti, certa quantitate frumenti extra regnum ferenda, eo quod asseruit onus predicti frumenti fuisse Ammirati ipsius; uncias sexaginta. Et que vicesimo septimo februarii, dicte quintedecime indictionis, apud Panormum, iuxta predicti quaterni tenorem, per predictum prothentinum Panormi, ad litteras predicti Ammirati sibi proinde directas, assignate fuerunt de pecunia curie existente per manus ipsius prothentini Pingerio Rog, pro solidardis pro parte ipsius Ammirati marinariis decem vel quindecim deputandis ad servitia navis Ammirati ipsius, et propterea super predictum Ammiratum in eodem introytu computantur; uncie viginti due. Summa predicte pecunie posite et computate in eodem introytu, pro causis eisdem, ad generale pondus; uncie ducente sexaginta novem, tari sedecim. Summa summarum totius predicti introytus, deductis rebus emptitiis, de quibus nullus introytus et exitus ponitur, ad dictum generale pondus; unciarum viginti sexmilia centum viginti octo, grana septem; et predictorum denariorum regalium librarum de numero novemmilia centum octuaginta novem, solidi quindecim et denarii quatuor.

De quibus ostendit exitum infrascriptum. Ostendit et ponit dictus Ammiratus, per predictum quaternum sui exitus, quem curie assignavit olim, subscriptis temporibus et locis, infra annos predictarum quartedecime et quintedecime indictionum per manus suas, et infrascriptorum nuntiorum et commissariorum suorum de pred cta pecunia, tam auctoritate predictarum concessionum suarum dicti ammiratie officii, quam ad

mandata nostri culminis, infra predictum tempus sibi directa, que curie assignavit et ad alia mandata nostra, infra tempus ipsum propterea oretenus sibi facta, solvisse et exhibuisse diversis personis, pro reparationibus, munitionibus et armationibus infrascriptarum galearum et aliorum vassellorum armatorum, infra predictum tempus in Sicilia et Catalonia, pro infrascriptis nostris servitiis, pro restitutione predicte quantitatis pecunie per eum pro parte nostre curie mutuo recepte a predictis personis, pro predictis nostris servitiis, sicut in predicto introytu supra notatur, solidis stipendiariorum nostrorum et retinuisse sibi pro restitutione predicte pecunie per eum, pro predictis servitiis, causis et negotiis nostre curie assignate et solidis seu expensis suis, subscripti temporis et pro aliis infrascriptis diversis causis, negotiis et servitiis, quarum personarum nomina et cognomina, quantitas pecunie singulis earum personis solute, tempora et loca solutionis ipsius, pro quibus causis et servitiis et alia predicta, in eodem quaterno exitus particulariter et distincte notantur, ad dictum generale pondus pecunie et predictorum denariorum regalium quantitatem subscriptam, videlicet.

Infra menses aprilis et madii, dicte quintedecime indictionis, apud Trapanum, comitis, naucleriis, balistariis, marinariis et personis aliis, olim per eumdem Ammiratum conductis et deputatis in eadem terra Trapani, ad armationem et servitia duarum galearum et unius vaccette curie de remis viginti armatarum per eum, ad mandatum nostrum tunc oretenus sibi factum, cum quibus in Cataloniam, pro quibusdam nostris servitiis, ad mandatum nostri culminis fuit profectus, pro solidis eorum; quibusdam, videlicet, ex eis navigantibus in galeis eisdem, pro mensibus quatuor et diebus sex, quibusdam aliis ex eis, pro mensibus quatuor et diebus quinque, et quibusdam aliis ex eis navigantibus in galeis ipsis, pro mensibus quatuor, numeradis a sexto madii, dicte quartedecime indictionis, quo cum eisdem galeis et vaccetta de portu Trapani recesserunt, cum eodem Ammirato, ad dictas partes Catalonie pro nostris servitiis profecture, quia duodecimo die mensis septembris, dicte quintedecime indictionis, dicte galee de insula Querkani in Trapanum redierunt et fuerunt exarmate ibidem; et personis deputatis in predicta vaccetta, pro mensibus quatuor et diebus duodecim, numeratis a predicto sexto madii usque per totum octavum decimum diem dicti mensis septembris, quo vaccetta ipsa in Trapanum rediit; deductis quibusdam ex eis de solidis eorum eiusdem temporis certa quantitate pecunie, in ipso quaterno contenta, eis soluta de pecunia curie, per Guillelmum Russum, tunc statutum super solidandis in predicto anno quartedecime indictionis marinariis ad armationen nostri felicis extolii deputamdis; computatis etiam in summa presenti, unciis quatuordecim, taris viginti quatuor, solutis per eumdem Ammiratum, pro solidis diversarum personarum, in quaterno ipso contentis, deputatis ad armationem vassellorum ipsorum, que aufugerunt ab armata vassellorum ipsorum, nec non pro diversis rebus per eumdem Ammiratum emptis et assignatis comitis vassellorum ipsorum, pro munitione, companagio et aliis necessariis predictorum vassellorum et personarum in eis navigantium, pro eodem tempore et pro expensis diversarum personarum missarum per eumdem Ammiratum, ad diversas terras Sicilie ultra fluvium Salsum, pro conducendis et solidandis marinariis, pro armatione vassellorum ipsorum, sicut in eodem quaterno distinguitur, ad predictum pondus, in summa, uncias quingentas nonaginta tres, taros decem et grana quinque.

Infra menses iunii et iulii, dicte quartedecime indictionis, apud Barcelloniam, per diversas vices Raymundo Marketto et Raymundo Favellerio, de eadem terra, pro denariorum regalium libris de numero mille ducentis septuaginta sex, solidis duobus et denario uno, olim per diversas vices, infra tempus ipsum, in eadem terra emptis et

receptis ab eis, pro exequendis et faciendis exinde in Catalonia diversis nostris negotiis sibi per nostram celsitudinem ad exequendum commissis, quorum denariorum receptio in dicto introytu continetur, ad rationem de denariorum ipsorum libris duabus, solidis decem per unciam: uncias quingentas decem, taros tredecim et grana quinque. A secundo usque per totum sextumdecimum iunii, dicte quintedecime indictionis, apud Valentiam et Barcelloniam, balistariis triginta tribus et servientibus predictibus centum nonaginta tribus per eum conductis, in eadem civitate Valentie, et balistariis centum per eum conductis, in dicta terra Barcellonie, et missis in Siciliam pro nostris servitiis, pro solidis eorumdem balistariorum pro mensibus quatuor et predictorum servientum peditum pro anno uno, numeratis a vicesimo octavo die eiusdem mensis iunii, quo balistarii et servientes conducti in dicta terra Valentie, a Tarragona et predicti balistarii conducti in Barcellonia, ab eadem terra Barcellonie recesserunt in Siciliam ad nostra servitia protecturi, ad diversas rationes in eodem quaterno contentas, quorum balistariorum nomina et cognomina et quantitas pecunie cuilibet eorum soluta, in eodem quaterno distincte notatur; predictorum denariorum libras de numero mille octingentas viginti tres, solidos duos. Predicto sextodecimo iunii, apud Barcelloniam, Iacobo de Spluges, preposito cuiusdam navis eiusdem Ammirati et Dominico de Santo Phelice, patrono cuiusdam alterius navis sue, pro naulo predictorum balistariorum et servientium, qui sunt inter omnes numero trecenti viginti sex, in veniendo cum navibus ipsis, a predicta terra Barcellonie usque Trapanum, ana predictorum denariorum regalium solidos duodecim et denarios sex, pro quolibet eorum; eorumdem denariorum libras de numero ducentas tres, solidos quindecim. Ab octavodecimo madii, usque per totum quartumdecimum diem sequentis mensis iunii, dicte quartedecime indictionis, apud Maioricas et Valentiam, per manus Guillelmi Pascalis et Berlingerii Rog, nuntiorum suorum, tam pro diversis rebus emptis per eum et assignatis per eum in Maioricis, comitis predictarum duarum galearum armatarum in Trapano, pro supplemento munitionis et aliis neccessariis galearum ipsarum et refriscamento personarum in eis navigantium, in eundo de Sicilia in Cataloniam, quam pro lignaminibus, pice, stuppa, et aliis rebus emptis per eum, positis et comissis in reparatione alterius predictarum galearum armatarum in Trapano, in qua navigabat idem Ammiratus et cuiusdam alterius galee dicti domini fratris nostri, invente in flumine Culliure aperte in puppi, neccessarie pro deferendis de Catalonia in Siciliam equis aliquorum stipendiarorum solidatorum in dictis Catalonie partibus et mittendorum in Siciliam, pro nostris servitiis, armate in Catalonia, simul cum aliis vassellis armatis ibidem, que reparari neccessario indigebant; necnon mercede carpintariorum, calafatorum et aliorum operariorum laborantium in reparatione galearum ipsarum, quas cum predictis lignaminibus et rebus decenter reparaverunt singulis oportunis, et expensis predictorum Berlingerii et naucleriorum predicte galee Ammirati, pro predicto tempore, infra quod galea ipsa extitit reparata, et Petro Lopis pro se et tribus sociis suis, pro accurrimento expensarum suarum, sicut idem quaternus, exitus plene distinguit; eorumdem denariorum libras de numero nonaginta quatuor, solidos undecim et denarios undecim.

Octavo iulii, eiusdem indictionis, apud Barcelloniam, Iacobo Peris fratri nostro, qui cum equitibus quatraginta in Siciliam ad nostra servitia venire debebat, computandis in solidis suis quos esset a curia recepturus, de quo scriptum proprie obligationis exinde sibi facte per eum in nostris manibus assignavit, quod in nostra camera conservatur; eorumdem denariorum librarum de numero mille ducentas quinquaginta. Quintodecimo eiusdem, ibidem, ad mandatum nostrum, olim oretenus sibi factum, Bernardo de Sarriano, tunc misso in Cataloniam, pro nostris servitiis, que post modum

per eumdem Ammiratum, pro parte ipsius Bernardi soluta fuerunt militibus et equitibus solidatis in Catalonia et missis in Siciliam pro nostris servitiis, in eorum solidis computandis, quorum nomina et cognomina in eodem quaterno exitus distincte notantur, de cuius solutione pecunie apodixam sub sigillo dicti Bernardi curie assignavit; eorumdem denariorum libras de numero quingentas septuaginta unam, solidos quindecim. Infra menses iunii et iulii, indictionis eiusdem, apud Barcellonam, Bertrando de Cannellis, solidato per eum ad veniendum in Siciliam ad nostra servitia, pro expensis dierum quindecim, et quibusdam stipendiariis solidatis in Catalonia ad veniendum in Siciliam ad nostra servitia in eodem quaterno notatis, pro expensis eorum dierum trium, quibus moram traxerunt in Barcellonia, expectando recessum predicti Ammirati, ut cum eo ascenderent galeas predictas, tunc ad insulam Querkani profecturas; eorumdem denariorum libras de numero centum viginti sex, solidos sedecim. A vicesimo dicti mensis madii, usque per totum vicesimum secundum diem sequentis mensis augusti, indictionis eiusdem, diversis personis, in diversis locis, in quaterno ipso notatis, pro certa quantitate biscocti empta et assignata Michaeli de Leyda, pro panatica personarum navigantium in dicta vaccetta, nec non lanceis et asconettis cum vagenis eorum, assarcia assignata comitis predicte galee, in qua navigabat idem Ammiratus, pro munitione et armatione galee ipsius, expensis predictorum servientum peditum centum nonaginta trium et balistariorum triginta trium, solidatorum in dicta terra Valentie et missorum in Siciliam pro certo tempore, in eodem quaterno notato, qui moram traxerunt in veniendo per terram, propter solidationem eorum, a Valentia usque Tarragonam, causa veniendi in Siciliam, et in eadem terra Tarragone, donec recessit abinde navis cum qua venerunt in Siciliam, expensis diversarum personarum per diversas vices missarum ad diversas terras Catalonie, pro diversis nostris servitiis, in quaterno ipso notatis, salario cursorum missorum ad diversas terras Catalonie, cum litteris nostris, pro nostris servitiis, varando de terra in mari altera predictarum galearum nostrarum, propter supervenientem tempestatem ingradata de mari in terram in maritima Barcellonie, et recuperatione rancupulli predicte vaccette qui amissus fuerat in mari propter tempestatem eamdem, sicut idem quaternus particulariter et plene distinguit; eorunden denariorum libras de numero centum quinquaginta tres, solidos quatuor, denarios sex. Pro exequendis quibusdam nostris negotiis, in eisdem Catalonie partibus, de quibus plenam habemus notitiam; eorumdem denariorum libras de numero quinquaginta quinque. Undecimo iulii, indictionis eiusdem, apud Barcellonam, diversis personis pro certa quantitate clavorum, brumardorum, stupparolorum acutorum diversarum maneriorum, quadrellorum, casei et aliarum diversarum rerum, in eodem quaterno distinctarum, notatis necessaria pro respectu (1) ..... duabus galeis armatis in Trapano et companagio personarum in eis navigantium, in navigando cum eis et aliis galeis armatis in Catalonia, a partibus ipsis in insulam Querkani, et pro indumentis iaculatorum navigantium ad predictam insulam, cum predictis galeis, prout in eodem quaterno particulariter continetur; eorumdem denariorum libras de numero quinquaginta octo, solidos decem et novem et denarium unum.

Secundo mensis augusti, apud maritimam de Bagnolis, diversis stipendiariis curie, pro emendis, seu restitutionibus quorumdam equorum suorum ad arma mortuorum in conflictu Serignany et Besers, quorum stipendiariorum nomina et cognomina et quantitas pecunie cuilibet eorum proinde soluta, in eodem quaterno distincte notantur; eorumdem denariorum libras de numero ducentas viginti duas, solidos

(1) Cinco palabras ilegibles.

decem. Octavo septembris, dicte quintedecime Indictionis, apud Trapanum, quibusdam stipendariis curie nostre solidatis in Catalonia, qui cum eodem Ammirato venerant in Siciliam, pro solidis eorum dierum viginti trium numeratorum, ab eodem octavo septembris, usque per totum eumdem mensem, ad rationem de taris duobus, pro quolibet equo armato per diem, et diversis iannettis sarracenis tunc venientibus de Catalonia in Siciliam, ad nostra servitia, pro expensis eorum a Trapano usque Messanam ad nostram presentiam, quorum stipendiariorum, iannettorum nomina et cognomina et quantitas pecunie cuilibet eorum proinde soluta, in eodem quaterno distincte notantur; uncias quinquaginta, taros tredecim. Infra eumdem mensem septembris, apud Trapanum et Panormum, tam pro salario unius cursoris, missi in Messanam ad nostram presentiam cum predicti Ammirati litteris significantibus nobis reditum eius in Siciliam, expensis quatuor naucleriorum et duorum proderiorum messanensium, qui cum eo navigaverant in Cataloniam, in redeundo de Trapano in Messanam, quam pro reficienda prora galee ipsius Ammirati, et loerii certi numeri equitaturarum ad sellam et bardam conductarum pro familia egregii et dilecti consobrini nostri, Manfridi primogeniti illustris marchionis Salluciorum in veniendo cum eo, a Panormo usque Messanam, ad illustrem dominam reginam dominam et matrem nostram et Nos; et pro solidis Gandolfi Balbi, comiti Marsalie, pro tribus mensibus anni tertiedecime indictionis nuper preteriti, quibus fuit in armata nostri extolii et non fuit sibi exinde satisfactum; uncias viginti novem, taros sedecim et grana decem. Predicto octavo septembris apud Trapanum, balistariis quatraginta quatuor conductis per eumdem ammiratum et dimissis in Trapano, quorum nomina in eodem quaterno notantur, navigaturis cum eo in Catalonam, ubi tunc redire proposuerat, pro solidis eorum mensium duorum numeratorum ab eodem octavo septembris in antea, de quibus balistariis, viginti sex deputati fuerunt ad armationem galee unius, olim infra sequentem mensem octubris, armate pro nostris servitiis in civitate Messane, cui preerat Guillelmus Chinolus prothentinus civitatis eiusdem, reliquis balistariis decem et octo remanentibus in eadem terra Trapani deputandis ad armationem galee unius tunc armande ibidem, pro custodia maritime vallis Mazarie, ad rationem de taris decem et octo pro quolibet eorum per mensem; uncias quinquaginta duas et taros viginti quatuor. Summa predicte pecunie solute pro negotiis et causis prescriptis ad idem pondus; uncie mille ducente triginta sex, tari decem et septem; predictorum denariorum, librarum de numero quatuor milia sexcente quinquaginta novem, solidi tredecim et denarii sex.

Ostendit etiam idem Ammiratus per eumdem quaternum, olim per diversas vices, loca et tempora subdistincta, per manus suas et infrascriptorum nuntiorum suorum, de predicta pecunia et pecunia domini fratris nostri sibi propterea assignata, solvisse diversis personis pro subdistinctis causis, expensis et servitiis necessario factis per eum, in munitione, armatione et aliis necessariis, tam subscripti numeri galearum et aliorum vassellorum olim infra predictos menses iunii et iulii per eum ad opus predicti domini fratris nostri et nostrum armatorum in Catalonia et Maioricis navigaturorum in insulam Querkani, simul cum predictis galeis et vaccetta armatis in Trapano ad communia servitia predicti domini regis et nostra, quam pro delatura, oneratura et missione biscocti missi in Cataloniam, pro panatica et etiam pro aliis necessariis personarum in eis navigantium et pro aliis expensis et servitiis in eodem negotio, sicut infra distinguitur, oportunis, de qua medietas predictum dominum fratrem nostrum et reliqua medietas nos contingunt, quarum personarum nomina et cognomina, quantitas pecunie cuilibet eorum soluta, pro quibus causis, in predicto quaterno distincte notantur, ad dictum gene-

rale pondus pecunie et predictorum denariorum, quantitatem inferius denotatam, videlicet. Infra predictum mensem aprilis, dicte quintedecime indictionis, apud Panormum et Trapanum, pro delatura, oneratura et naulo cantariorum b'scocti septingentoru n et rotulorum triginta quinque, de biscocto curie nostre facto in civitate Panormi, oneratorum et delatorum in quadam navi Bernardi Gilii vocata Santus Nicol.us, ab eadem civitate Panormi usque Trapanum, ubi biscoctum ipsum moratum ext tit, ferendum abinde in Cataloniam cum navi predicti Ammirati, ex'stente tunc in portu terre ipsius, exoneratura et de'atura eiusdem biscoct', a predicta navi ipsius Bernardi in terra in Trapano et abinde usque machazenum in quo fuit repos'tum; nec non pro cannarum de cannapacio duabus m libus sexcentis quinquaginta octo, emptis in eisdem terris Panormi et Trapani, pro faciendis exinde saccis necessariis pro repositione ipsius et alterius subscripte quantitatis biscocti onerati in predicta navi Ammirati et delatura aliorum cantariorum biscocti quatringentorum quinquaginta quatuor de biscocto curie, facto in eadem terra Trapani, et oneratorum in navi Dominici Consalbi proinde conducta et naulo predictarum navium predictorum Ammirati et Dominici, cum quibus totum predictum biscoctum in predictis saccis repositum et delatum extitit, ab edem terra Trapani usque Barcelloniam; pro panatica galearum armandarum in eadem civitate ad opus predicti domini fratris nostri et nostrum, pro comunibus suis servitiis et nostris, ad diversas rationes in eodem quaterno exitus distincte notatas; uncias centum octuaginta octo, taros viginti sex et granum unum. Infra predictos menses iunii et iulii, dicte quartedecime indictionis, apud Barcelloniam, comitis, naucleriis, bal'starii et personis aliis conductis et deputatis per eum in Catalonie partibus ad armationem et servitia duodecim galearum et unius galioni de remis octuaginta armatarum in Catalonia, ad comunia servitia predicti domini fratris nostri et nostra, pro solidis eorum, videl cet; quibusdam ex eis deputatis in predicto galiono pro mensibus quatuor, numeratis a tertio mensis iunii; quibusdam aliis deputatis in eisdem galeis pro mensibus quatuor, numeratis a quintodecimo sequentis mensis iulii dicte quintedecime indictionis, et reliquis aliis pro mensibus tribus, numeratis a quintodecimo eiusdem mensis iulii in antea, quibus diebus cum predictis vassellis armatis, de Barcellonia reccesserunt ad predicta certa servitia prosecuturi; quarum personarum nomina et cognomina et quantitatem pecunie cuilibet ipsorum solutam, et ad quas rationes dictus quaternus particulariter et plene distinguit; eorumdem denariorum, libras de numero sex milia septingentas triginta octo et solidos undecim. Infra predictum mensem iunii ibidem Guillelmo Lorens ..... (1) distribuendas et solvendas per eum, loco et vice dicti Ammirati, comitis, naucleriis, balistariis, marinariis et aliis personis conducendis et deputandis per eum ad armationem quatuor galearum tunc armandarum in Maioricis, que simul cum aliis predictis galeis, ad predicta comunia servitia nauigarunt, pro solidis eorun trium mensium; eorumdem denariorum, libras de numero mille quingentas decem, solidos sedecim et denarios octo. Infra predictum mensem octubris, dicte quintedecime indictionis, apud Trapanum, naucleriis, balistariis, marinariis et personis aliis navigant bus ad armationem et servitia duarum galearum, quarum unius erat comitus Berlingerius de Monteolio et alterius Arnandus Safont, que post captionem sarracenorum captorum in insula Querkani, misse fuerunt per eumdem Ammiratum, ab eadem insula usque Capsi de partibus Barbarie, tam pro recipienda pecunia liberationis Margami, quam pro liberatione quorumdam sarracenorum, de numero sarracenorum captorum

(1) Una palabra borrosa.

(CONTINUARÁ).